



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

7. Vtrum nocturna pollutio impediât homine[m] a sumptione huius  
sacramenti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

nls consciētia reputat se indignum peccet grauitē, si se ingerat, grauius tamen uidetur offendere, qui fraudulenter illud praesumpserit simulare.

Referetur de confes. d. 3. c. consulti.

In decr. lib. 5. tit. 34. c. Ex tuarum.

AD TERTIVM dicendū, quod decreta illa sunt abrogata per contraria documenta Romanorū Pontificum. Dicit enim Stephanus Papa, ferri cādentis vel aquae feruentis examinatione, confessionem extorqueri a quolibet, sacri canones non concedunt: spontanea enim confessione, vel testium approbatione, publicata delicta commissā sunt regimini nostro iudicare: occulta uerō & incognita, illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum. Et idem habetur extra de purgationibus, § capitulo extuarum. In omnibus enim talibus esse videtur Dei tentatio. unde sine peccato fieri non possunt, & grauius uideretur, si in hoc sacramēto, quod est institutum ad remedium salutis, aliquis incurreret iudicium mortis: unde nullo modo corpus Christi debet dari alicui suspecto de crimine, quasi ad examinationem.

ARTICVLVS VII.

Utrum nocturna pollutio aliquem impediāt a sumptione huius sacramenti.

2. 2. q. 154. a. 1. §. 4. di. 9. art. 4. q. 2. & uer. q. 2. ar. 3. ad 6.

Lib. 12. c. 15. In med. to. 3.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod nocturna pollutio non impediāt aliquem a sumptione corporis Christi. Nullus enim impeditur a sumptione corporis Christi, nisi propter peccatū; sed nocturna pollutio accidit sine peccato: dicit enim Augustinus \* 12. super Gen. ad litteram, ipsa phantasia, quae fit in cogitatione sermocinantis, cum expressa fuerit in uisione somniantis, ut inter illam, & ueram conjunctionem corporum non discernatur, continuo mouetur caro. & sequitur, quod eum motum sequi solet, cum hoc tam sine peccato fiat, quam sine peccato a vigilantibus dicitur, quod ut diceretur proculdubio cogitatum est, ergo nocturna pollutio non impedit hominē ab huius sacramenti sumptione.

Inff. li. 12. registri ad 10. Interrogationem, Ang. c. 10. non lon ge a fine.

¶ 2 Præter Gregor. § dicit in epistola ad August. episcopum Anglorum, si quis sua coniunge non cupidine uoluptatis raptus, sed tantum creandum liberorum gratia utitur, ille profecto siue de ingressu ecclesiae siue de sumēdo corporis dominici mysterio, suo est iudicio relinquendus: quia prohiberi a nobis non debet accipere, qui in igne positus, nescit arde- re. Ex quo patet, quod carnalis pollutio etiam uigilantis, si sit sine peccato, non prohibet hominē a sumptione corporis Christi. multo igitur min⁹ prohibet nocturna pollutio dormientis.

Loco nunc dicto, parū ante med. c. 10.

¶ 3 Præterea. Nocturna pollutio uidetur solam immunditiam corporalem habere: sed aliae immunditiae corporales, quae secundum legem impediēbant ab ingressu sanctorum, in noua lege non impediunt a sumptione huius sacramenti: sicut de muliere pariente, uel menstruata, uel fluxum sanguinis patiente, scribit beatus Gregorius \* Augustin. Anglorum Episcopo. ergo uidetur quod neque etiam nocturna pollutio impediāt hominē a sumptione huius sacramenti.

¶ 4 Præter. Peccatum ueniale non impedit hominē a sumptione huius sacramēti, sed nec etiam peccatum mortale post penitentiam: sed dato quod nocturna pollutio prouenerit ex aliquo peccato præcedēti (siue crapulae, siue turpiū cogitationum) plerumque tale peccatū est ueniale, & si aliquando sit mortale, potest contingere quod de mane poenitet, & peccatum suum con-

fitetur. ergo uidetur, quod non debeat impediri a surptione huius sacramenti.

¶ 5 Præter. Grauius peccatum est homicidii, quam fornicationis: sed si aliquis de nocte somnet se homicidium perpetrare, aut sursum aut quodcumque aliud peccatum, non propter hoc impeditur a sumptione corporis Christi. ergo uidetur quod multo minus fornicatio somniata cum pollutione subse- quente, impediāt a sumptione huius sacramenti.

SED CONTRA est, quod Leu. 15. dicit, Vir, de quo egredietur semen coitus, immundus erit uisus ad uesperum: sed immundus non patet aditus ad sacramenta. ergo uidetur quod propter pollutionem nocturnam aliquis impediatur a sumptione huius sacramenti, quod est maximum sacramentum.

RESPON. Dicendum, quod circa pollutionem nocturnam duo possunt considerari. Vnum quidem; ratione cuius ex necessitate impedit hominē a sumptione huius sacramenti. Aliud autē, ratione cuius non ex necessitate impedit hominē, sed ex quadam congruentia: ex necessitate quidem impedit hominē ab huius sacramenti perceptione, solum peccatum mortale. Et quantum ad nocturnam ipsam pollutionem se eundem se considerata, peccatum mortale esse non possit, nihilominus tamen ratione suae causae quandoque habet peccatum mortale annexum, & ideo consideranda est causa pollutionis nocturnae. Quandoque enim prouenit a cā extrinseca spirituali, scilicet ex dæmonum illusione: qui sicut in prima parte habitum est, § phantasmata commouere possunt, ex quorum apparitione pollutio interdum subsequitur: quandoque uero prouenit pollutio ex causa intrinseca spirituali, scilicet ex præcedentibus cogitationibus: aliquando autem ex causa intrinseca corporali, uel ex superfluitate siue debilitate naturae, siue etiam ex superfluitate cibi uel potus: quolibet autem harum trium causarum potest, & sine peccato & cum peccato ueniali uel mortali existere: & si quidem sit sine peccato uel cum peccato ueniali, non ex necessitate impedit sumptionem huius sacramenti: ita, quod homo sumendo sit reus corporis, & sanguinis Domini. si uero sit cum peccato mortali, impedit ex necessitate: illusio enim dæmonum quandoque prouenit ex præcedenti negligentia preparationis ad \* deuotionem, quae potest esse & mortale, & ueniale peccatum; quandoque uero prouenit ex sola nequitia dæmonum uolentium impedire hominē a sumptione huius sacramenti. unde legitur in collationibus patrum, quod cum quidam frater pateretur pollutionem semper in festis, in quibus erat comunicandum, seniores comperito, quod nulla causa ab ipso præcesserat, decreuerunt quod propter hoc a communione non cessaret, & ita cessauit illusio dæmonum. si militer etiam præcedentes cogitationes lasciuiae, quandoque possunt esse omnino sine peccato: puta cum aliquis causa lectionis, uel disputationis cogitaret talibus cogitare. Et si hoc sit sine concupiscentia & delectatione, non erunt cogitationes immundae, sed honestae, ex quibus tamen pollutio sequi potest, sicut patet ex auctoritate Aug. \* supra inducta. Quandoque uero præcedentes cogitationes sunt ex concupiscentia, & delectatione, & si adsit consensus, erit peccatum mortale: si autem desit, erit ueniale. Similiter et cā corporalis quandoque est sine peccato: puta cū est in infirmitate naturae: unde & quidā etiā in uigilando ab aliquo peccato fluxum feminis patiuntur, uel etiam si sit ex superfluitate naturae: sicut enim contingit san-

Lib. de peccata. amon. c. 1. met. § 8. 15. p. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. In ar. 1. In ar. 2. In ar. 3. In ar. 4. In ar. 5. In ar. 6. In ar. 7. In ar. 8. In ar. 9. In ar. 10. In ar. 11. In ar. 12. In ar. 13. In ar. 14. In ar. 15. In ar. 16. In ar. 17. In ar. 18. In ar. 19. In ar. 20. In ar. 21. In ar. 22. In ar. 23. In ar. 24. In ar. 25. In ar. 26. In ar. 27. In ar. 28. In ar. 29. In ar. 30. In ar. 31. In ar. 32. In ar. 33. In ar. 34. In ar. 35. In ar. 36. In ar. 37. In ar. 38. In ar. 39. In ar. 40. In ar. 41. In ar. 42. In ar. 43. In ar. 44. In ar. 45. In ar. 46. In ar. 47. In ar. 48. In ar. 49. In ar. 50. In ar. 51. In ar. 52. In ar. 53. In ar. 54. In ar. 55. In ar. 56. In ar. 57. In ar. 58. In ar. 59. In ar. 60. In ar. 61. In ar. 62. In ar. 63. In ar. 64. In ar. 65. In ar. 66. In ar. 67. In ar. 68. In ar. 69. In ar. 70. In ar. 71. In ar. 72. In ar. 73. In ar. 74. In ar. 75. In ar. 76. In ar. 77. In ar. 78. In ar. 79. In ar. 80. In ar. 81. In ar. 82. In ar. 83. In ar. 84. In ar. 85. In ar. 86. In ar. 87. In ar. 88. In ar. 89. In ar. 90. In ar. 91. In ar. 92. In ar. 93. In ar. 94. In ar. 95. In ar. 96. In ar. 97. In ar. 98. In ar. 99. In ar. 100.

anguinem fluere absque peccato, ita & semen quod est superfluitas sanguinis, secundum Philosophum. Quod quoque est cum peccato, puta cum provenit ex superfluitate cibi vel potus, & hoc etiam potest esse peccatum veniale vel mortale, licet frequentius peccatum mortale accidit circa turpes cogitationes propter facilitatem consensus, quam circa sumptionem cibi & potus. Unde & Gregorius scribens Augustino Anglico episcopo dicit, cessandum esse a communione, quando ex turpibus cogitationibus provenit, non autem quando provenit ex superfluitate cibi vel potus, praesertim si necessitas adsit. sic igitur, ex causa pollutionis considerari potest, utrum nocturna pollutio impediatur ex necessitate sumptionem huius sacramenti, si ex quadam vero congruentia impedit quantum ad duo, quorum unum semper accidit, scilicet quadam feditas corporalis, cum qua propter reverentiam sacramenti, non decet ad altare accedere (unde & volentes tangere aliquod sacrum, manus lavant) nisi forte talis immunditia sit perpetua vel diuturna, sicut est lepra, vel fluxus sanguinis, vel aliquid huiusmodi: aliud autem est euagatio mentis, quae sequitur pollutionem nocturnam, praecipue quando cum turpi imaginatione contingit. Hoc tamen impedimentum, quod ex congruitate provenit, postponi debet propter aliquam necessitatem, puta ut Gregorius dicit, cum fortasse aut festus dies exigat, aut exhibere ministerium pro eo, quod sacerdos alius deest, ipsa necessitas compellit.

Ad primum ergo dicendum, quod ex necessitate quidem non impeditur homo a sumptione huius sacramenti, nisi propter peccatum mortale, sed ex quadam convenientia potest homo impedi propter alias causas, sicut dictum est.

Ad secundum dicendum, quod coitus coniugalium si sit sine peccato (puta si fiat causa prolis generandae, vel causa reddendi debitum) non alia ratione impedit sumptionem huius sacramenti, nisi sicut dictum est de pollutione nocturna, quae accidit sine peccato, scilicet propter immunditiam corporalem, & mentis distractionem: ratione cuius Hieronymus dicit super Mattheum, si panes propositionis ab his qui uxores tetigerant, comedi non poterant, quanto magis panis, qui de caelo descendit, non potest ab his, qui coniugalibus paulo ante vacuere amplexibus, violari atque contingi? non quod nuptias condemnemus, sed quod eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus, vacare carnalibus operibus non debemus, sed quia hoc secundum congruitatem, & non secundum necessitatem est intelligendum, Gregorius dicit, quod talis est suo iudicio relinquendus: si vero non amor preceandae sollicitudo, sed voluptas dominatur in opere, ut ibidem Gregorius subdit, tunc prohiberi debet, ne accedat ad sacramentum.

Ad tertium dicendum, quod sicut Gregorius dicit in epistola supra dicta ad Augustinum Anglorum episcopum, in veteri testamento aliqui pollutum dicebantur figuratim, quod populus novae legis spiritualiter intelligitur. Unde huiusmodi corporales immunditiae, si sunt perpetuae vel diuturnae, non impediunt sumptionem huius sacramenti salutaris, sicut impediiebant accessum ad sacramenta figurata: si vero cito transierint (sicut immunditia pollutionis nocturnae) ex quadam congruentia impediunt sumptionem huius sacramenti per illum diem, quo hoc accidit. unde & Deuterius dicitur: si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, & non revertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua.

A Ad quartum dicendum, quod licet per contritionem, & confessionem auferatur reatus culpae, non tamen auferatur corporalis immunditia, & distractio mentis ex pollutione consecrata.

Ad quintum dicendum, quod somnium homicidii non inducit corporalem immunditiam, nec etiam tantam distractionem mentis, sicut fornicatio somniata propter delectationis intensificationem: si tamen somnium homicidii proveniat ex causa, quae est peccatum, praesertim mortale, impedit a sumptione huius sacramenti, ratione suae causae.

ARTICULUS VIII.

*Utrum cibus vel potus praesumptus impediatur sumptionem huius sacramenti.*

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod cibus vel potus praesumptus non impediatur sumptionem huius sacramenti. Hoc enim sacramentum est a Domino institutum in cena: sed Dominus postquam cenavit, hoc sacramentum discipulis suis tradidit, sicut patet Luc. 22. & prima Cor. 11. ergo videtur quod etiam post alios cibos assumptos nos debeamus sumere hoc sacramentum.

¶ 2. Praeterea. Prima Cor. 11. dicitur. Cum convenitis ad manducandum, scilicet corpus Domini, invicem expectate: si quis autem esurit, domum manducet: & ita videtur quod postquam aliquis domum manducaverit, possit in ecclesia corpus Christi manducare.

¶ 3. Praeterea. In concilio Charthaginiensi legitur, & habetur de consecr. dist. 1. \* sacramenta altaris non nisi a ieiunio hominibus celebrentur, excepto uno die annuifario, quo coena Domini celebratur, ergo saltem illa die aliquis potest corpus Christi post alios cibos sumere.

¶ 4. Praet. Sumptio aquae vel medicinae, vel alterius cibi, vel potus in minima quantitate, vel reliquiarum cibi in ore manentium, neque ieiunium ecclesiae solvit, neque sobrietatem tollit, quae exigitur ad hoc, quod aliquis reverenter sumat hoc sacramentum, ergo per praedicta non impeditur aliquis a sumptione huius sacramenti.

¶ 5. Praet. Quidam de nocte profunda comederunt aut bibunt, & forte totam noctem insomnem ducentes, de mane percipiunt sacra mysteria nondum plene digesti. Minus autem impeditur sobrietas hominis, si in mane parum comederet. & postea circa nonam sumeret hoc sacramentum, cum etiam sit quandoque maior distantia temporis, ergo videtur quod talis cibi praesumptio non impediatur hominem ab hoc sacramento.

¶ 6. Praet. Non minor reverentia debetur huic sacramento iam sumpto, quam ante sumptionem: sed sumpto sacramento, licet cibum aut potum sumere, ergo & ante sumptionem.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in libro responsionum ad Iulianum, placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti, prius in os Christiani corpus dominicum intret, quam ceteri cibi.

RESPON. Dicendum, quod aliquid impedit sumptionem huius sacramenti dupliciter: uno modo secundum se, sicut peccatum mortale, quod habet repugnantiam ad significatum huius sacramenti, ut supra dictum est: alio modo propter prohibitionem ecclesiae: & sic impeditur aliquis a sumptione huius sacramenti.

Tertia S. Thomae. LL sacra-

Infr. artic. 9. cor. Et 2. q. 147. art. 4. ad 1. Et 6. dist. 8. c. 1. ar. 2. q. 1. & 2. Et 1. Co. 11. lec. 4.

In conc. 3. Charthag. c. 2. & habetur de consec. dist. 1. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.

Epist. 118. cap. 6. ante med. co. 2.

art. preced. & art. huius quatuor.

lib. de ge. pecc. immu. num. 1. ca. 1. ca. 2. ca. 3. ca. 4. ca. 5. ca. 6. ca. 7. ca. 8. ca. 9. ca. 10. ca. 11. ca. 12. ca. 13. ca. 14. ca. 15. ca. 16. ca. 17. ca. 18. ca. 19. ca. 20. ca. 21. ca. 22. ca. 23. ca. 24. ca. 25. ca. 26. ca. 27. ca. 28. ca. 29. ca. 30. ca. 31. ca. 32. ca. 33. ca. 34. ca. 35. ca. 36. ca. 37. ca. 38. ca. 39. ca. 40. ca. 41. ca. 42. ca. 43. ca. 44. ca. 45. ca. 46. ca. 47. ca. 48. ca. 49. ca. 50. ca. 51. ca. 52. ca. 53. ca. 54. ca. 55. ca. 56. ca. 57. ca. 58. ca. 59. ca. 60. ca. 61. ca. 62. ca. 63. ca. 64. ca. 65. ca. 66. ca. 67. ca. 68. ca. 69. ca. 70. ca. 71. ca. 72. ca. 73. ca. 74. ca. 75. ca. 76. ca. 77. ca. 78. ca. 79. ca. 80. ca. 81. ca. 82. ca. 83. ca. 84. ca. 85. ca. 86. ca. 87. ca. 88. ca. 89. ca. 90. ca. 91. ca. 92. ca. 93. ca. 94. ca. 95. ca. 96. ca. 97. ca. 98. ca. 99. ca. 100.

Deo in die 23. artic. 11. artic. 12. artic. 13. artic. 14. artic. 15. artic. 16. artic. 17. artic. 18. artic. 19. artic. 20. artic. 21. artic. 22. artic. 23. artic. 24. artic. 25. artic. 26. artic. 27. artic. 28. artic. 29. artic. 30. artic. 31. artic. 32. artic. 33. artic. 34. artic. 35. artic. 36. artic. 37. artic. 38. artic. 39. artic. 40. artic. 41. artic. 42. artic. 43. artic. 44. artic. 45. artic. 46. artic. 47. artic. 48. artic. 49. artic. 50. artic. 51. artic. 52. artic. 53. artic. 54. artic. 55. artic. 56. artic. 57. artic. 58. artic. 59. artic. 60. artic. 61. artic. 62. artic. 63. artic. 64. artic. 65. artic. 66. artic. 67. artic. 68. artic. 69. artic. 70. artic. 71. artic. 72. artic. 73. artic. 74. artic. 75. artic. 76. artic. 77. artic. 78. artic. 79. artic. 80. artic. 81. artic. 82. artic. 83. artic. 84. artic. 85. artic. 86. artic. 87. artic. 88. artic. 89. artic. 90. artic. 91. artic. 92. artic. 93. artic. 94. artic. 95. artic. 96. artic. 97. artic. 98. artic. 99. artic. 100.

In art. 12.

In art. 13.

Rehi 11. ca. 1. ca. 2. ca. 3. ca. 4. ca. 5. ca. 6. ca. 7. ca. 8. ca. 9. ca. 10. ca. 11. ca. 12. ca. 13. ca. 14. ca. 15. ca. 16. ca. 17. ca. 18. ca. 19. ca. 20. ca. 21. ca. 22. ca. 23. ca. 24. ca. 25. ca. 26. ca. 27. ca. 28. ca. 29. ca. 30. ca. 31. ca. 32. ca. 33. ca. 34. ca. 35. ca. 36. ca. 37. ca. 38. ca. 39. ca. 40. ca. 41. ca. 42. ca. 43. ca. 44. ca. 45. ca. 46. ca. 47. ca. 48. ca. 49. ca. 50. ca. 51. ca. 52. ca. 53. ca. 54. ca. 55. ca. 56. ca. 57. ca. 58. ca. 59. ca. 60. ca. 61. ca. 62. ca. 63. ca. 64. ca. 65. ca. 66. ca. 67. ca. 68. ca. 69. ca. 70. ca. 71. ca. 72. ca. 73. ca. 74. ca. 75. ca. 76. ca. 77. ca. 78. ca. 79. ca. 80. ca. 81. ca. 82. ca. 83. ca. 84. ca. 85. ca. 86. ca. 87. ca. 88. ca. 89. ca. 90. ca. 91. ca. 92. ca. 93. ca. 94. ca. 95. ca. 96. ca. 97. ca. 98. ca. 99. ca. 100.

Allo 118. ca. 6. ante med. co. 2.

Deo circa 1. ca. 2. ca. 3. ca. 4. ca. 5. ca. 6. ca. 7. ca. 8. ca. 9. ca. 10. ca. 11. ca. 12. ca. 13. ca. 14. ca. 15. ca. 16. ca. 17. ca. 18. ca. 19. ca. 20. ca. 21. ca. 22. ca. 23. ca. 24. ca. 25. ca. 26. ca. 27. ca. 28. ca. 29. ca. 30. ca. 31. ca. 32. ca. 33. ca. 34. ca. 35. ca. 36. ca. 37. ca. 38. ca. 39. ca. 40. ca. 41. ca. 42. ca. 43. ca. 44. ca. 45. ca. 46. ca. 47. ca. 48. ca. 49. ca. 50. ca. 51. ca. 52. ca. 53. ca. 54. ca. 55. ca. 56. ca. 57. ca. 58. ca. 59. ca. 60. ca. 61. ca. 62. ca. 63. ca. 64. ca. 65. ca. 66. ca. 67. ca. 68. ca. 69. ca. 70. ca. 71. ca. 72. ca. 73. ca. 74. ca. 75. ca. 76. ca. 77. ca. 78. ca. 79. ca. 80. ca. 81. ca. 82. ca. 83. ca. 84. ca. 85. ca. 86. ca. 87. ca. 88. ca. 89. ca. 90. ca. 91. ca. 92. ca. 93. ca. 94. ca. 95. ca. 96. ca. 97. ca. 98. ca. 99. ca. 100.

Epist. 118. cap. 6. ante med. co. 2.

art. preced. & art. huius quatuor.